



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Placidus Mart. 5. Octob.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

235 (59)

S. PLACIDUS Mart.

5. Octob.

Obedite Præpositis vestris, & subja-
cete eis. Ipsi enim per vigilant,
quasi rationem pro animabus ve-
stris reddituri. Paul. ad Hebr. c. 13.

Placidi nomen, quod nato impositum
est, iterum meruit hic Sanctus, nun-
quam in vita iratus. S. Benedicto puerulus
conceditus est, donatis cum filio XVIII. in
Sicilia pagis, in dotem, à Tertullo Placidi pa-
tre. Multum hujus innocentia, multum
obedientia potuit: jussu S. Benedicti aquam
hauriens, in lacum incidit, quem Maurus
aquis inambulans, Benedicti imperio sanum
extraxit: iussus Placidus ex rupe aquam pro-
duxit: oratione & signo Crucis sanitatem
pluribus reddidit, sibi durus, edebat vix un-
quam, cilicio horrebat semper, vinum gu-
stabat nunquam lecto non, nisi sedens, ute-
batur. Post hæc præludia, in Siciliam ad ma-
jora missus, propè Messanam structo à se mo-
nasterio, majore utique, quam olim tiro ful-
serat, virtute Abbas præfuit. Illuc Româ ve-
nere

qui-
eum
nore
vitiis
tuz,
is est
erre-
dete-
eo-
litus
uam
re-
no.
eus
um,
aim
Non
iam
O-
oris
uce
sti.
qui
A-

nere frater & soror ejus, fratrem visuri, di-
vinâ providentiâ, ut unâ Martyres fierent:
nam Manucha, pirata barbarus, exscendens
in littus, monasterium irrupt, Placidumque
à Dei cultu, cùm frustra avertere conatus es-
set, foëdè cruciatum occidit: eadem sorte
cognati ejus & monachi triginta fidei cecidere
victimæ, quanti alios dum visunt, mortem
inveniunt, raro, ut hi, Dei Martyres, sæpe
ørci hostiæ. *Brev. Rom.*

M E D I T A T I O.

De triplici ratione obediendi.

1. **U**T Deo, sic superioribus tuis, quicunque sint
obedire debes: acceperunt enim ab ipso Deo,
quam in te habent, autoritatem. In iis non naturæ,
non industriæ dotes, sed Dominum duntaxat intuere
qui ipsis suggeret, quid præcipere debeant ad tuam fa-
lutem: Non moroso, non querulo; sed alacri, sed
prompto animo semper obedies, si semper respexeris
Deum, hominis ore præcipientem. *Inde est homo, unde est imperator antequam homo inde potestas illi; unde est spiritus.* Tert.

2. Quam suavis est obedientia consideranti, certo
certius audire se Deum, dum audit Præpositum. Ad
hæc si fueris verus obediens, eris pauper, castus, hu-
milis, omnibus demum virtutibus præditus, & ad san-
ctitatis apicem breviori, tutiori, & facilitiori viâ perve-
nies. Quid plura? verus obediens rationem non red-
det

det decretorio die: sed hoc unum dicet; Domine,
mandata mei superioris, mandata tua sunt; ea obser-
vavi, jam exolve, quod promisisti.

3. Sit Dominus Iesus obedientiae tuæ exemplar,
omnibus, & in omnibus factus est obediens usque ad
mortem, mortem autem crucis. Quid queror, Do-
mine Iesu, quid obedientiam detrecto? cùm obe-
dientia te videam cruci affixum? Obedientia est perfecta
abnegatio corporis & animi, mors voluntaria, vita sine solli-
citudine navigatio sine periculo. Clim.

S. BRUNO Confess.

6. Octobr.

*Quibus dignus non erat mundus: in
solitudinibus errantes, in monti-
bus & speluncis, & in cavernis
terræ. Paul. ad Hebr. c. II.*

Quo tempore D. Bruno Lutetia Parisio-
rum ingenium bonis artibus excoluit,
vir è vita excessit princeps inter Literatos,
qui que virtutis estimationem longè maxi-
mam post se reliquit. Sed eheu! quantum
aberratis mali judices hominum oculi! Dum
justa persolvuntur, ad illam canentis vocem
Responde mihi, ecce tibi è capulo se defun-
ctus